

Appendix II: Johannes Kecks Brief an Kardinal Grünwalder

Ma München, Staatsbibliothek, Clm 19606, fol. 159r-160v

Mb München, Staatsbibliothek, Clm 18298, fol. 72r-73r

Mg München, Staatsbibliothek, Cgm 739, fol. 28r-29r

ML Melk, Stiftsbibliothek, 907, fol. 114r-117r

EPISTOLA MAGISTRI IOHANNIS KECK AD DOMINUM IOHANNEM
CARDINALEM EPISCOPUM FRYSINGENSEM^a

[§1] Reverendissimo in Christo patri et domino, domino Iohanni
sancte Romane Ecclesie tituli^b sancti Martini in montibus presbitero
cardinali, de Bavaria vulgariter nuncupato, frater Iohannes Keck, de
Tegernsee monachus ordinis sancti Benedicti, Frisingensis^c diocesis,
in theologia magister, humilem sui subiectionem et obedientiam cum
orationibus, utinam Deo gratis.

[§2] Celsitudo vestra minimo michi precipere decrevit, quatinus
ipsi stili officio quantocius insinuem, que pars differentie intervalli
occasione exorte michi certior^d, rationabilior et, per consequens, magis
acceptanda videatur. Sunt etenim qui dicunt presentis anni, qui millesi-
mus quadringentesimus quadragesimus quartus^e inter annos dominicos
numeratur, septuagesimam ipsam purificationis gloriose genitricis^f Dei
Marie festivitate celebrari debere. Sunt et alii, qui ipsam septuagesime
festivitatem non predicto purificationis die, sed immediate sequente
dominica astruunt^g celebrandam. Nec est aliqua partium illius differen-
tie, cui auctoritatis non assit notabile testimonium.

[§3] Primi quippe secuntur doctrinam computi cŷrometralis et
Nurenbergensis^h et plurimorum suorum sequacium. Porro pro se-
cundis, quasi pro domo Israhel ponit se murum ex adverso: abbas¹

a) Epistola - Frysingensem] Epistola responsalis magistri Iohannis Keck ad domi-
num Iohannem cardinalem episcopum Frysingensem de bysexto *Mb*, De intervallo
ML, om. *Mg*. b) tituli] tunc *Mg*. c) Frisingum *Ma*. d) cerctior

Mb. e) millesimus quadringentesimus quadragesimus quartus] 1444^{tus} *ML*.

f) genitricis – Marie] virginis Marie Dei genitricis Marie *ML*. g) asserunt *Mg*.

h) Nürnbergensis *ML*.

1) Zu abbas – S. 36,3 composuit vgl. Hermann Zoest, *Phaselexis* c. 2 (*Clm* 18470, fol. 6v): Huius quidem opinionis est Dyonisius abbas urbis Rome, cognomento exiguus. *Ibid.* c. 7 (fol. 11r): [I]nveni in quodam antiquo libello sic: Dyonisius abbas latinorum errorem vel ignorantiam non ferens ciclum magni anni composuit. Qui ad omnem